M. ANT. PETILII MONTECORVINATIS,

IVRISC. NEAPOL.

EXARCHIÆ,

Siue

DE EXTERIORIS PRINCIPIS MVNERE,

Libri Decem.

Quorum Argumenta ſequentes indicant pagellæ.

CVM

DECVPLO APPARATV, IN SINGVLOS LIBROS SVO, Triplo Indice, Autorum, Capitum, Rerum.

PERMISSV SVPERIORVM.

AD SCIPIONEM CVBELLVCIVM, S. R. E. CARDINALEM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ANNO M.DC.XX.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus ANTONII BOETZERI, ſub ſigno Rubri Leonis.

LECTORIBVS,

PRINCIPI,

Alieno auerſus.

QViſquis es, armatus qui huc tendis, comptime groſſum. a *Armatus, inquam, & qui omnia ex ſolius potentiæ vi dimetiri ſuetus, nil pium moliri didiciſti, ne vltra accedito: non hac tibi via. Ad pietatis templum hinc pergitur, proſcriptum in veſtibulo tenet*

Nil dictu fœdum viſuve hæc limina tangat. *b*

Tu vtrimque fœdus, procul eſto. Alii tibi quærendi libri, alii audiendi præceptores. Scilicet arrogantes illi, illi impii, qui religionem tibi inprimis negligendam proponunt, quod timidum te facere dicant. quique alii, à ſe tantum, & à veteribus diſcere te poſſe iactati ſunt quicquid agas quo tibi bene vertat. Bene habet, quod in veterum ſe, id eſt, in gentilium, claſſem retulerunt, cum tuis prurientes auribus, nil magis quam à recta te diuertant, tua tantum tibi commoda ex populis contrahenda proponentes, quaſi vorandi tibi, non paſcendi, darteſſent. Et ſiqua in illorum proponere interdum videntur, id ad facilius decipiendum agunt. Piſcatorum more, c *qui eſcam piſcibus ad capiendum, non ad cibandum iaciunt. imo & dæmonum, qui quod nonniſi quos fallendo deceperint, poſſidere poſſunt, fallaciis tantum vtuntur.* d *Norunt ſane, quod fraus fidem in paucis tibi præſtruat, vt magna cum mercede fallat.* e *Proinde tuam tibi potentiam non in propriis viribus, nec propriis in virtutibus, ſed in aliena debilitate, alieniſque & ſuis vitiis fundandam ſuadent. id eſt non te ad virtute præparandum muniendumque, ſed ad alios, fas nefas, omni vi, omni dolo, extenuandos. eoque te munitiorem putantes, quo quibus imperes, nequiores fuerint,* f *ſingulares quaſdam captiones, quaſi facculis quibuſdam in Erynnum igne incenſis prælucentes, indicant. Et voces è longinquo emittentes, è latebris, quaſi ex inſidiis, ſubclamant qua tibi eundum: & quomodo tyrannicum dolum, tuto & certo quodam iure exerceas. De quibus quid mihi aliud, quam quod priſco illi de aruſpicibus.* g

Deus mouerit meliora, atque amentiam auerruncaſſit.
Nam iſtis qui linguam auium intelligunt,
Pluſque ex alieno iecore ſapiunt quam ex ſuo
Magiſque audiendum, quam auſcultandum cenſeo.

Huc te volebam, nec te plus moror. abi. nam
Nec fas eſt mihi regio magiſtro
Plebeiam numeros docere pulpam. *b*

a Æn. 6. P. M. ibi.

b Iuuen. Sat. 14.

c Abac. 1. & 2.

d Aug. de ciu. Dei lib. 4. c. 42. Ribad. li. 1. c. 2.

e Liu. li. 28.

f Salluſt. ad Cæſar. orat. 1.

g Pacuu. in Chryſ. in corp. poet. Varro lib. 6. Cic. 1. de diui.

h Auſon. epigram. 4.

M. A. PETILII EXARCHIÆ

Liber Primus.

Capvt I.

Regendi onus ex ſe graue, ſapientia leuari, hanc timore Dei acquiri.

REGENDI onus, tametſi eo videatur graue *a*, vt & ſummi Pontifices *b*, & Reges, *c* nedum nil calamitoſius dixerint, ſed & moleſtiam & ſeruitutem appellarint; imo & in præcipuum perpetuumq; hoc ſibi titulum ſumpſerint, vt ſeruos ſeſe populorum appellarint *d*, tametſi ſecretioribus in arcanis vel difficilis dicta ſit *e*, quod peruerſi difficile corrigātur, quorum numerum cum ſanorum valde excedat, politica diſciplina ad ciuium beatitatē ordinata in paucioribus effectum habet *f*, quod omnium voluntates promereri difficillimum ſit in imperio *g*, vnde non defuerunt qui voluntariis imperare diuinum potius quam humanum dixerint *h*. tametſi & prudentium ſententia probetur, Principem quamuis recte imperitantem non omnino omnibus poſſe placere *i*.

Οὐδὲν θαυμαστὸν πολυπαίδη. οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. k

Nec mirum gu[illegible], qu[illegible] iam ne[illegible] Deus ipſe
Dum pluit, aut ceſſat omnibus vſq; placet.

Ex hominis ſcilicet peruicacia, quo nullum moroſius animal, nullum maiori arte tractandum *l*, tamquam in nullum magis inſurgere ſolitum, quam in quos imperium in ſe affectare ſenſerit *m*, vnde & egregie quidam, excellentibus ingeniis citius artem defuturam dixere qua ciuem regant, quam qua hoſtem ſuperent *n*. tametſi tandem Regnum ipſum pœna ſit: adeo vt mulier mulierē afflictam ſolans, eius afflictorem inultum non iturum dicere cum vellet, hæc inquit. *o*

Ne metue. pœnas & quidem ſoluet graues.
Regnabit. hæc eſt pœna.

Tametſi hęc omnia inquam, quod magnum ſit animal homo, cui regendo magnus homo requiratur, 2. quod nec totā ſeruitutem pati poſſint, nec totam libertatem, 3. quod peſſimus quiſq; aſperrime rectorem patitur. Leuiſſimum tibi tamen fiet ò Princeps ſi ſapiens eſſe ſtudueris. *p* Sapientibus enim, & in tenebris oriri lumen, & noctu innaſci conſilium, cum ſacri cecinere vates, *q*, tum profa-

a L. 1. C. de Iuſtin. C. confir. l. 1. C. de emen. C. Nou. conſt. 1. in prin. Xenocrat. in lib. de morte.
b Adrian. IV. Platina. Pius V. in Bulla ſup. ſor. turam. Innoc. IX. in bulla Iubilei.
c Antigonus. Ælian. var. hiſt. lib. 2. Tiberius. Sueton. in eo. cap. 24. Iuſtinianus. l. 1. C. de offi. pr. pr. Afr. M. Aurelius Pompon. Læt. in Diocle.
d D. Gregorii inuentum. Polyd. Virgil. de inuent. rer. lib. 8. c. 2. Petr. de Natal. lib. 3. c. 191. Io. Diac. in eius vita lib. 2. c. 1.
e Reg. 4. c. 2. Eccl. 1.
f Eccl. 1. Lyr. & Io. Ben. ib.
g Suet. in Tito. cap. 1.
h Xenoph. in Oecon. i Xiphilin. in Auguſt. k Theogn. in paræn. ad Cyrnum.

l Sen. de Clement. lib. 1.
m Xenoph. lib. 1. pæd.
n Liu. lib. 2.
o Sen. in Theb. 2. Io. Moſchus, ſiue Sophronius in prato Spirit. cap. 5. & 149.
p Deut. 17. Sap. 6. Innoc. in c. cum no. ſtris de conc. præb. Inſt. proœ. in fin. l. Inſt. de excuſ. tut. §. ſimiliter.
q David Pſal. 111. Eſai. 58. Io. 20. Io. r. Fulg. mythol. lib. 2. fab. 2.